Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hunc autem in quo peccamus uos utrum addentes puari cationem. / addentes in quam peccato peccatum defensionem. / Omne caput languidum. et omne cor merens. In capite languido prauum opus tunica designatur exterior. / in corde merens inmundia interior.
Hoc ipsum uerbis salus tuetur. / a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Planta pedis oportet exteriorem / uertex ramorum dignitas uirtutum intelligitur. Cum quis ymaginem peccati uelut illi eum diceremus. in beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. eum seruiremus quod in digito dei eiceret demonia. / recte dicatur quia a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Ignis super quo peccamus uos. Hempe huiusmodi insania non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro. Vulnus inquit et liuor et plaga tumens. Malum inquam est peccato satis ad horam uulnerari / peius malo usu luescere. / pessimum cum tumore superbie culpam defendere. Talis una insania est.
Non est circumligata. nec curata medicamine. / neque fota oleo. Volui circumligare. et ad penitentiam astringere. dicendo ymmeritum. penitentiam agite. / et noluisti / euangelii ligamenta recipere. Effudi de latere meo sanguinem et aquam medicamentum salutis eternae. / et noluisti accedere. Pedi oleum idem sed spe gramineo credentibus inmittitur loquerentur omnibus linguis homines ydiotae. / et noluisti audire. Quid igitur tandem fiet. / Terra uestra deserta. / ciuitates uestre eruste igni. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant. / et desolabitur sicut in uastitate hostium. Hoc meum dolorum interim habete. / nam alibi deuorabitur uos sicut per diuitum eternum. Et derelinquetur filia syon sicut umbraculum in munea et sicut tugurium in cucumerario. Quomodo illud uel illud relinquitur. / Videlicet cum ablate fuerunt fruges. recedente custode. / quia non habet ultra quod seruet. remanet umbraculum. remanet neglectum tugurium quod fecerat. / propter ardorem solis ac radios declinando. / et ut inde hominem uel bestiolas quae insidiari solent naris uitium abigeret. Ita derelinquetur filia syon recedentibus presidibus templi uirtutibus. / et erit sicut ciuitas quae uastatur idem uere uastabitur. Amplius dicam. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. / quasi sodoma fuissemus. et qui gomorra similes essemus. Non dicatis ira haec est grandis. / multitudo malorum nostrorum maior est meritis.
Nam nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. / predestinasse ut reliquiae et nobis saluae fierent. / non obsidione hominum circumdarem. / non gladius romanorum interficeret. / non captiui in omnes gentes ducerentur. / sicut sodomam et gomorram pluit sulphur et ignem dominus a domino. ita iustissime super nos inundiciam fili sanguinis sulphur et ignem pluisse filium dominus a patre domino. Si hoc fecisset. / nisi super eum reliquiae quae saluae fierent ex nobis per quam plenitudo gentium subintroierit. V°
Audite uerbum domini principes sodomorum. / percipite legem dei nostri ciues gomorre.
Non dicatis quare sic sodoma fuissem. / et quasi gomorra similes in pena essem.

Malum et uulnus. pei liuor: pessimum plaga tumens.